



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

40 Falsificantes litteras Apostolicas excommunicationis sententiam in
Bulla Coenae Domini incurrunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- bellis existit, & cum alijs seorsum gregem facit, schismaticus appellatur, Arehid. *in c. inter schisma, numer. 2. 24. quest. 3.* & differunt, quia omnis hæreticus est schismaticus, sed non è contrà, ut per gloss. *in eo. cap. inter hæresim*, & Navar. *eo. capit. 27.* 37
- 37 Navigantes † enim sunt quasi miserabiles personæ, Abb. *in c. excommunicationi, numer. 3. de raptor.* & propterea Ecclesia eos defendit, Graff. *decis. aur. c. 18. num. 64 par. 1. lib. 4.*
- 38 Quartò † contra rapientes bona Christianorum naufragantium, ut in eadem Bull. Cæna Domini, num. 4. Cajet. *in c. 23. in vers. excommunicatio*, & Navar. *in Manual. cap. 27. numer. 118.* Etiam de jure communi rapientes bona naufragantium incidunt in sententiam excommunicationis ipso facto, *dict. cap. excommunicationi*, & ibi gloss. *in vers. subjacere, de raptor.* & etiam de jure civili bona naufragantium rapientes pœnam incurrunt, ut in *l. 1. & 3. ff. de incendio ruin. & naufr.*
- 39 Quintò † imponentes nova pedagia, & gabellas, vel eas augentes præterquam in casibus sibi à jure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permittis, eandem sententiam excommunicationis incurrunt, ut in eadem Bull. numer. 5. Navar. *dict. cap. 27. num. 71.*
- 40 Sextò † fertur dicta excommunicatio contra falsificantes litteras Apostolicas etiam in forma Brevis, ac supplicationes gratiam, & justitiam concernentes, & falso fabricantes litteras Apostolicas in eadem forma Brevis, falsòque signantes supplicationes sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut eorum viceregum, ut in eadem Bull. Cæna Domini, num. 6. Navar. *eodem. capit. 27. numer. 62.* Tolet. *ubi supra, c. 22. circ. princ.* & Sayr. *in*
- bellis existit, & cum alijs seorsum gregem facit, schismaticus appellatur, Arehid. *in c. inter schisma, numer. 2. 24. quest. 3.* & differunt, quia omnis hæreticus est schismaticus, sed non è contrà, ut per gloss. *in eo. cap. inter hæresim*, & Navar. *eo. capit. 27.* 37
- 37 Navigantes † enim sunt quasi miserabiles personæ, Abb. *in c. excommunicationi, numer. 3. de raptor.* & propterea Ecclesia eos defendit, Graff. *decis. aur. c. 18. num. 64 par. 1. lib. 4.*
- 38 Quartò † contra rapientes bona Christianorum naufragantium, ut in eadem Bull. Cæna Domini, num. 4. Cajet. *in c. 23. in vers. excommunicatio*, & Navar. *in Manual. cap. 27. numer. 118.* Etiam de jure communi rapientes bona naufragantium incidunt in sententiam excommunicationis ipso facto, *dict. cap. excommunicationi*, & ibi gloss. *in vers. subjacere, de raptor.* & etiam de jure civili bona naufragantium rapientes pœnam incurrunt, ut in *l. 1. & 3. ff. de incendio ruin. & naufr.*
- 39 Quintò † imponentes nova pedagia, & gabellas, vel eas augentes præterquam in casibus sibi à jure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permittis, eandem sententiam excommunicationis incurrunt, ut in eadem Bull. numer. 5. Navar. *dict. cap. 27. num. 71.*
- 40 Sextò † fertur dicta excommunicatio contra falsificantes litteras Apostolicas etiam in forma Brevis, ac supplicationes gratiam, & justitiam concernentes, & falso fabricantes litteras Apostolicas in eadem forma Brevis, falsòque signantes supplicationes sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut eorum viceregum, ut in eadem Bull. Cæna Domini, num. 6. Navar. *eodem. capit. 27. numer. 62.* Tolet. *ubi supra, c. 22. circ. princ.* & Sayr. *in*
- bellis existit, & cum alijs seorsum gregem facit, schismaticus appellatur, Arehid. *in c. inter schisma, numer. 2. 24. quest. 3.* & differunt, quia omnis hæreticus est schismaticus, sed non è contrà, ut per gloss. *in eo. cap. inter hæresim*, & Navar. *eo. capit. 27.* 37
- 37 Navigantes † enim sunt quasi miserabiles personæ, Abb. *in c. excommunicationi, numer. 3. de raptor.* & propterea Ecclesia eos defendit, Graff. *decis. aur. c. 18. num. 64 par. 1. lib. 4.*
- 38 Quartò † contra rapientes bona Christianorum naufragantium, ut in eadem Bull. Cæna Domini, num. 4. Cajet. *in c. 23. in vers. excommunicatio*, & Navar. *in Manual. cap. 27. numer. 118.* Etiam de jure communi rapientes bona naufragantium incidunt in sententiam excommunicationis ipso facto, *dict. cap. excommunicationi*, & ibi gloss. *in vers. subjacere, de raptor.* & etiam de jure civili bona naufragantium rapientes pœnam incurrunt, ut in *l. 1. & 3. ff. de incendio ruin. & naufr.*
- 39 Quintò † imponentes nova pedagia, & gabellas, vel eas augentes præterquam in casibus sibi à jure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permittis, eandem sententiam excommunicationis incurrunt, ut in eadem Bull. numer. 5. Navar. *dict. cap. 27. num. 71.*
- 40 Sextò † fertur dicta excommunicatio contra falsificantes litteras Apostolicas etiam in forma Brevis, ac supplicationes gratiam, & justitiam concernentes, & falso fabricantes litteras Apostolicas in eadem forma Brevis, falsòque signantes supplicationes sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut eorum viceregum, ut in eadem Bull. Cæna Domini, num. 6. Navar. *eodem. capit. 27. numer. 62.* Tolet. *ubi supra, c. 22. circ. princ.* & Sayr. *in*

Thes. cas. conscient. eodem lib. 3. cap. 10. numer. 1. & 2.

41 † Sub nomine autem falsatorum hoc casu comprehenduntur, qui radunt veterem scripturam. Qui aliquid novi scribunt in litteris prædictis, qui secant, lavant, radunt, aut conglutinant papirum ad falsificationem earum. Qui Bullam plumbeam de veris litteris extrahunt, aut litteris falsis illam affigunt; facientes Bullas sub plumbo falsas; artifices, seu fabri Bullarum, qui illas alicui privato donant, aut vendunt, ad faciendas litteras falsas. Qui falsificant anulum Piscatoris, omnesque similia facientes, aut quorum auctoritate fiunt. Sayr. *eodem c. 10. nu. 10.*

Non tamen incurrunt hanc censuram falsificantes litteras congregationis Cardinalium Legatorum à latere, Nunciorum Apostolicorum, seu litteras Pænitentiarum, aut Episcoporum, Navar. *in eodem cap. 27. nu. 62.* Graff. *diç. c. 18. num. 96.* Tolet. *eodem c. 22. vers. primum est,* & Sayr. *eodem c. 10. nu. 9* quia illa non sunt litteræ Papæ, & ex diversis non fit illatio, *l. Papiianus exuli, ff. de minor.* graves tamen pœnas juris incurrunt.

42 Septimò † dictam excommunicationem incurrunt deferentes arma, & alia usui bellico idonea ad infideles, & hæreticos in dânnum Catholicæ religionis, & certiores illos facientes de rebus ad rempublicam Christianam pertinentibus, *ut per eandem Bull. num. 7.* Navar. *diç. cap. 27. num. 63.* Quæ enim personæ in hanc censuram incurrant, & quæ ad infideles deferri prohibeantur plene scripsit Card. Tolet. *in eodem lib. instruct. sacerdot. c. 23. lib. 1.* Hæc autem prohibitio est antiqua de jure Cæsareo, quo prædicta committentes gra-

ves pœnas incurrunt, *ut l. cotem, ff. de publ. l. 1. C. quæ res export. non deb. & l. fin. C. de pœnit.* Jure quoque canonico etiam ab antiquo fuerunt præmissa prohibita, *ut in c. ita quorundam, c. quod olim, c. ad liberandum, de Iuda, & c. multa mentis, in extravagan. com. eod. tit.* Sed hæc excommunicatio antiqui erat juris, non autem Bull. Cœn. ut per Tolet. *ubi supra c. 24. vers. tertio subministrantes.*

43 Octavò † in eandem excommunicationem incurrunt, impediētes eos, qui victualia, & alia necessaria Romam convehunt, vel ne ad Romanam curiam adducantur, seu afferantur, prohibent, impediunt, aut perturbant, *ut in eadem Bull. Cœnæ Domini, num. 8.* Navar. *eodem c. 27. num. 64.* Et hoc est sacrilegium, quo offenditur Sedes Apostolica in suis victualibus, & in aliis ad usum curiæ Romanæ necessariis, ut post Cajet. *ver. excommunicatio, c. 19.* tenet Sayr. *in Thes. cas. consc. lib. 3. cap. 12. num. 2. tom. 1.* Extenditur enim dicta excommunicatio ad omnes etiam, qui Pontificali, vel Regali dignitate, aut aliqua qualicumque ecclesiastica, vel seculari fulgeant, ut inquit, Card. Tolet. *eodem lib. 1. cap. 25. vers. tertio eorum.* Non tamen comprehendit eos, qui actiones supra expressas faciunt, nisi id attentent animo impediendi, ne hæc ad Romanam curiam adducantur. Unde, si Gubernator alicujus civitatis consulens patriæ utilitati, & abundantiæ prohiberet, ne quis extraheret de civitate, aut Provincia fruges, quanvis inde sequeretur, quòd ad curiam Romanam deferri non possent, vel tempore, quo pestis in curia grassaretur, inhiberet suis, ne quis iret ad curiam hujusmodi periculo durante, domum reversurus; exspoliantes aliquos